

anno 1394. Quod ut rescivit Carolus Francia Rex, ad residentes Avenione Cardinales scriptis, impense rogans, ne Clementi successorem darent, donec maturo consilio actum esset cum Bonifacio, Pontificium Romanum exercente, de ratione pacis in Ecclesia confabilienda. Similes litteras conscripsit ad eosdem Universitas Parisiensis, prætereaque Rex Aragonie. Sed Avenionenses Cardinales rem præcipitarunt, ne quam proponerant; electio impeditur; decimoque a Clementis obitu die virum immensam ambitionis, profunda dissimulationis, & pertinaciam animi sublegerunt Petrum de Luna, Cardinalem Diaconum sancte Mariae in Coimbram, qui sibi Benedicti XIII. nomen elegit.

5. Jam pridem Roma mortuus fuerat Urbanus VI. anno Pontificatus 12. Christi vero 1389. Cujus finitis exequiis, Romani Cardinales in Petrum Thomaeum Neapolitanum confundentes, Presbyterum Cardinalem, tit. S. Anastasia, qui suum Pontificatum ad annum usque decimum quintum prorogavit. Cui extincto sufficiens est Innocentius VII. qui exacto in Pontificatu biennio & diebus viginti duobus, locum successoris suo dedi Angelo Corario Veneto, qui Gregorii XII. nomen assumpit. Sub hujus Pontificatus anno tertio, Christi que ann. 1409. Cardinales utriusque obedientia perstans diuturne & extitales schismatis, stimulique adacti conscientia, quod ipsum præter datum cum juramento fidem foyissent, serio de illo extingendo cogitarent, mutuisque inter se cum Principibus multisque Prelatis Ecclesiæ officiis hoc præstiterunt, ut Pisis Concilium generale indicerent, in quo de abrogando utriusque contendentium Pontificatus ageretur, novoque eligendo Pontifice, qui universæ Ecclesiæ acceptus esset. Prius ergo follicitas, sed fructu, duobus contendentibus ut dignitate cederent, aut saltem Synodus universalem serio mutuoque consensu sine tergiversatione cogerent, cuius iudicio ambo acquiescerent, ad schismatam dirimentem. Pisis itaque utriusque partis purpurati Principes & Antistites convenere. Praesedit Concilio Cardinalis Antiquissimus Guido de Malefico partis quidem Benedictinae, sed jam olim ex Episcopo Piclavienis creatus ante schisma a Gregorio XI. avunculo suo Cardinalis sancte Crucis in Ierusalem, & postmodum a Clemente, cui adhuc Præfatus Episcopus, semper tamen ex veteri consuetudine dictus Cardinalis Piclavienis, vir doctrina, prudentia, omnique virtute conspicuus. Recepisti sunt Cardinales, qui ab utroque contendentium abcessere numero viginti sex: tres Patriarchæ, Alexandrinus, Antiochenus, Jerosolymitanus; Archiepiscopi ceteri & Episcopi centum octoginta: Abbates circiter trecenti: Doctores Theologi ducenti octoginta duo, licet initio, ut fieri solet, pauciores fuerint. Confedera- runt pariter Oratores Regum Francie, Anglie, Ierusalem, Cyri, Sicilia, Polonia. Ab Officialibus sacre Synodi iudicio poluli ac accusatiæ sunt Gregorius & Benedictus, juridice ac peremptio citati ad valvas & extra foræ Basilica, in qua Concilium iniebatur, examinatisque testium contra contendentes depositionibus, denum patentibus Ecclesiæ valvis, lecta & fugitus sententia fuit contra utrumque contendente Petrum de Luna & Angelum Corarium, ut contra notorios & pertinaces schismaticos hereticos, a fide devios, notoriisque enormibus criminibus perjurii & violationis voti irretitos, ob quæ seipso indignos omni dignitate exhibuisse, ac re ipsa abiecisse, privasse, & ab Ecclesiæ præcidiis sancta Synodus declaravit, ac nibilominus eosdem privat, abicit ac præcidit. Ecclesiæ Romanam vacare decretit ad cautelam. Omnes Reges ac Principes cunctosque fideles ab eorum obedientia absolvit, prohibitus, ne quis alium eorum auxilium vel favorem præstaret sub pena excommunicationis ipso facto incurrandæ. Quodque si iidem depositi parere huic sententia contemerent, ipsos eorumque factores etiam factores Potestates compescerent. Autborum omnia acta recidit, irritaque declaravit. Promotions vero Cardinalium ab iis factas, videlicet per Angelum Corarium a die 3. Maii, & per Petrum Lunensem a die 15. Junii anni præteriti 1408. esse nulla decrevit.

6. Denum fest. 19. post solemnem Missam, & vivendum exhortationem ad Purpuratos pro optimo eligendo Pontifice, ingressi sunt Conclave Cardinales, qui unanimi consensu Petrum Philargi (aliu vocant Philareti) natione Gracum, patria Cretensem, elegerunt, qui sibi Alexandri V. nomen asciuit. Gallia & Universitas Parisiensis, qua haec tenus pro Benedicto steterant, ea tamen lege, ut quando ejus spontanea demissio ad conciliandam Ecclesiæ unitatem opus esset, dignitate illa seu vera seu umbratili cederet, perspiciens nunc, quod etiam antea multis ejus collusionibus & artibus, quibus suam tegebant ambitionem, respectum habuerat, illum esse fedifragum, ejus patrocinio abscessit, ut Alexander inhaeret. At Benedictus suam dolens immun-

tam autoritatem Avenione reliqua in Hispaniam, unde profectus fuerat, concesserat, ibique se Aragonie Regum opibus tantisper tuebatur. Nihil vero iustius, nihil Ecclesiæ conducibilis, nihil Deo acceptius proprius officio, & fidei, & juramentis iteratis convenientius agere poterant partium Cardinales, quam ut a contendenter perjuris, & praे obtinata ambitione Ecclesiæ causam (quidquid dolos verbis & exquisitis impossibilibus conditionibus ementirentur) prodentibus, abscedentes, unicum illud remedium generalis Concilii, quod ambo contendentes tantopere aversabantur, prosequerentur. Etiam vero ejus saluberrimum effectum duo contendentes impiderint, viam tamen aperuit Concilio postea Constantiensi, quo tandem res felicior peracta est, per consensum unius & tribus contendentibus, ejus videlicet, qui Alexandre per Pisam Concilium promoto successerat: qualis consensu non fuerat a reliquo duobus vetustioribus contendentibus expectandus.

7. Ad Petri Philargi promotionem nihil fortuna, sed sola virtus, aspirante divina providentia, omnia contulerat; ex parentibus insigne fortis in Creta natus, exordiis infantis stipem ostiaria emendando vicitur, hunc Religiosus quidam Ordinis Franciscani in familium proprium exitate adhuc tenera accepit, qui ejus ingenium stupendaque memoriam & natum ad omnem virtutem indolem sufficiens, grammatica primum, deinde Philosophicis & Theologicis informavit disciplinis, eoque peracto tyrocinio futurum Ordinis sui ornamenti velte Religiosus Franciscana amicini curavit, atque in Italianum abduxit, ubi post multa sublimis ingenii edita specimen, cum Superiorum auctoritate in primariam Anglii Regni Universitatem transfigravit, ad excendum sub præstantissimi professoribus ingenium. Unde postmodum in florissimam Parisiorum Universitatem concepsit, in qua Doctoris laurea decoratus est. Inde Longobardiam iter intendit, & Joanni Galeacio Mediolani Vicecomiti tantopere placuit, ut in omnibus arduis negotiis ejus consilii acqueceret, a quo etiam ad infulas Archiepiscopatus Mediolanensis proiectus est, quem etiam mirifice suis demeruit obsequiis, quando suscepit apud Venceslaum Imperatorem legatione, Galeacio, qui ante non nisi titulus Vicecomitis & Principis sub Imperio fiduciari honore gaudebat, honorificissimum sua industria obtinuit diploma, quo suprema Galeacio potestis ejusque successoribus cum titulo Mediolanensis Ducus affecta collataque fuit per omnem Infubriam. Idem postmodum Innocentio Papa XII. qui tertius ab Urbano sexto Romanam exit Ecclesiam, usque adeo placuit, ut in Purporatorum sacrum Collegium eundem cum titulo Presbyteri sanctorum Apostolorum asciverit. Hujus denum in sumnum Pontificis creatione direptum fuit Pisam generale Concilium eodem, quo convenerat anno 1409. mensis Julii die 27. Qui mox eodem in Concilio Ludovicum Andegavensem, abdicato Ladislao violento usurpatorem, Regem Siciliae confirmavit, ac Vexilliferum sanctæ Romanae Ecclesiæ constituit. Præterea omnes beneficiorum provisiones & confectiones atque ordinationes factas a contendentibus perfonis huic Synodo adherentibus confirmavit, dum tamen alias canonice facta essent.

8. Nec vero diu illa potitus est dignitate Alexander V. in qua nec integrum peregit annum, mortuus sepultusque Bononia in Ecclesia Fratrum Minorum, liberalitate in pauperes munificus, dicere per Jocum folitus, se divitem Episcopum fuisse, pauperem Cardinalem, mendicum Papam. Nullum novum creavit Cardinalem, contentus, quosdam antiquorum titulos mutasse, cum ob schismatam contigisset, duos plerumque esse ejusdem Ecclesiæ sub diversis auctoritatibus titularibus. Post justa ex more Alexandre defuncto persoluta, Cardinales septuaginta, qui Bononia in Pontificis comitatu erant, in conclave se receperant, anno Chr. 1410. mensie Maji in Pontificem elegerunt Balthasarem Cosmum, patria Neapolitanum, quem olim Bonifacius nonus catalogo Cardinalium adscripterat. Hic ad Apostolicam sedem promotus nomen sibi sumpsit Joan. XXIII. Eodem pariter anno, & mense Mayo Romanorum Rex Rupertus fato functus est in oppido Bavaro Oppenheim: Cui septuaginta comitis sufficiens est Sigismundus. Eodem pariter ann. 1410. mensie Mayo, quasi ex condicione & vita exit Martinus Aragonum Rex Barcinone, ultimus Aragonum Rex ex virili Barcinonensi comitum profapia, quæ in sexcentesimum annum propagata in eo fuit. Ad cuius successionem cum multi aspirarent, ejus qui successurus erat, judicium electis ternis viris ex tribus Regni præcipuis nationibus Aragonia, Catalonia, & Valentia quasi ex compromiso delatuum est, horum unus erat signis & sanctitate admirandus Vincentius Ferrerius Dominicanus & Valentia orien-

oriundus. Re tandem ad amissum expensa Rex declaratus est Ferdinandus natus Eleonoræ forore germana defuncti Martini Regis, qui præter potioris affinitatis jura insignibus virtutibus præfulgebat, capti Maurorum urbibus, fuisse eorumdem exercitibus, specimenque moderationis & morum integritatis ediderat, quando regnum Castellæ sibi populorum confessione delatum fuit ob imminentia ex Mauris pericula bellorum, quibus futura erat contemptui novi Regis tenella infanta, cuius pater erat ipse Ferdinandus. Hic vero recluso Regis nomine id regnum pupillo fratris defuncti filio confirmavit, suscepit in se bellum adversus Mauros gerendi cura, qua felicitate est perfundens. In Ferdinandum quoque gratiam fe admodum propensum exhibuit Petrus Lunensis, quem sub Benedicti nomine Hispania populi ut verum Pontificem venerabantur.

9. De cetero mirum est, quantum in comprimento Schismatis de Pontificatu contendentium Sigismundus studio pietatis & religionis laboraverit, cui non fatis fuit Legatos circumquaque ad Principes & Republicas misisse, sed ipse Galliam, Hispaniam, Angliam, Germaniam, & Italiæ longis & molestis itineribus peragravit. Neque prius acquevit, quam Joannem XXIII. Pontificem, qui anno 1410. defuncto Alexandre, quem Pisam Concilium creaverat, sufficere fuerat, ad indicendum generale apud Constantiam Concilium adduxerit. Quodque urgente Sigismundo auspicatum est.

10. Est vero Constantia per ampla civitas Imperii, quam Rhenus interfluit, quamque amicos Constantia lacus dictus olim Acronus alluit. Hujus Concilii convocationem, quia rogatus enixa a Ferdinandino Rege Petrus de Luna non solum approbare noluit, verum etiam ut schismatricam damnavit anathemate, ne per ejus Synodi auctoritatem sua dignitas, quam totius Ecclesiæ paci præferebat, convelletur. Ferdinandus tamen enormous hominis arrogantiam exosus, ab illo discessit suadente Vincentio Ferrerio, cuius tamen suasione & defunctione Rex Martinus & ipse Ferdinandus partes ejus tutati fuerant, quia justiores crediderant, & quia pacis suæ cessionis studium, simulacrum verbi præstulerat. At ex quo ipsa innovit adeo excors ejus ambitio, ejus amulo Joanne Papa scipio jure omni abdicante ad Concilii quod rogatus indexaret arbitrium, tum demum iure merito ab illis derelictus est, qui ipsius patrocinium suscepserant. Lunensis vero Benedictus nihil de sua pericacia remittens, se penitula munitionis Paniscola circumfepit, fuisse convocatis, se unum verum & legitimum Pontificem afferuit, & quoquaque fibi adverantes ab æterna salute alienos esse: in primis vero Ferdinandum, quem palam anathemate perculit cum ejus consiliariis, & auctoribus universis, ipsum quoque regno privavit, prohibuitque quasi Apostolica auctoritate, ne quis audieret a se descendere sub anathematis statim incurrendi & æterna damnationis supplicio.

11. Antequam accessisset ad Constantiensem Concilium Papa Joannes, certum accepit nuncium de morte impiorum Ladislai, infensissimi hostis sui, & Italie tyrannorum, quam armis & populationibus continuis infestabat. Obiit vero propudiopere Libidinis Princeps igne facro, quo ejus pudenda cum violentissima febre exarserunt, ex innanti luxurie intemperantia, anno vita ejus quadragesimo, mense Augusto anni 1414. cui sine liberis mortuo Joanna soror in regnum Neapolitanum successit, propriis pariter Libidinibus infamis. Hoc accepto nuncio, quo universa Italia exultavit, Joannes Papa Bononia digrediens, per Tridentinum agrum transmissi Alpibus Constantiam accessit, ibique solenni pompa & honoribus exceptus mense Octobri. Die vero prima Novembri, convocatis qui ad Concilium accesserant, Misam solemniter Joannes Pontifex celebravit die Dominico, in quam eo anno festum omnium Sanctorum incurrerat, lectoque diplome de Concilii inductione, factaque processione, indicta est prima sessio in diem ejusdem mensis decimosextrum; quo adveniente, inchoata est prima sessio, premisque sacrofæcta Misam & solemnibus precibus, Joannes Pontifex sermonem hortatorium ad Synodum habuit, deinde electi sunt Concilii officiales & ministri, præscriptaque leges in Concilio servanda. Sigismundus adhuc aberat, nec interesse potuit Concilio ante noctem Christi natalem. Joannes Hus commeatum habens a Sigismundo, ut se coram Concilio ab heresi purgaret, nullatenus vero disminaret, sed mandatis Concilii, postquam auditus fuerat, obtemperaret, Constantiam adventavit die 3. Novembri tanta fiducia, ut dogmata Wicelli in proprio hospitio quotidie disseminet, nec admonitus desistere voluerit. Qua ex causa ductus est ad Pontificem, & in custodiam Pontificii Palati missus, cumque salvum conductum proferret, negavit Pontifex se ullum dedisse: & si quem habebat aliunde, ejus privilegio excidisse, post-

quam admonitus de non disseminandi heretibus minime obtemperarat. Commisit quatuor Cardinales una cum Generalibus Ordinum Prædicatorum & Minorum, sexque Archiepiscopis & Episcopis viris doctissimis. Ipse vero sibi reformidans, a suis affectis adjutus clam dilapsus est, & rusticano vehiculo impositus straminibus oppleto, ejus intercepta est fuga, ex eaque reductus in custodiam est conjectus.

12. Joannes Papa secunda in sequentis Martii die post Misam se solemitate celebratam, sedens in Cathedra, conversus ad Concilium, alta voce schedulam legit, sibi pridie in praesentia Sigismundi Romanorum Regis & quatuor congregatarum nationum, ab Antiocheno Patriarcha, natione Gallo, presidente Gallicanationis, ex parte universalis Concilii oblatam, & a se acceptam, qua profectus est, vovit, & juravit, (qua proferens genu flexit versus altare, dexteram manum ad peccatum applicando) Deo, Ecclesiæ & Concilio date pacem per viam simplicis sua cessionis Papatus, eamque res ipsa adimplere, si & quando Petrus de Luna Benedictus XIII. & Angelus de Corratio Gregorius XII. in suis obedientias nuncupatis, Papatu, quem pretendebant, per se vel per procuratores suos legitimos simili cetero mirum est, quantum in comprimento Schismatis de Pontificatu contendentium Sigismundus studio pietatis & religionis laboraverit, cui non fatis fuit Legatos circumquaque ad Principes & Republicas misisse, sed ipse Galliam, Hispaniam, Angliam, Germaniam, & Italiæ longis & molestis itineribus peragravit. Neque prius acquevit, quam Joannem XXIII. Pontificem, qui anno 1410. defuncto Alexandre, quem Pisam Concilium creaverat, sufficere fuerat, ad indicendum generale apud Constantiam Concilium adduxerit. Quodque urgente Sigismundo auspicatum est.

13. Interea Joannes re occulte communicata cum Friderico Austriæ Duce, Concilio se furtim subcepit, & Schaffasiam aufugit oppidum Friderico subiectum. Quaræ in Concilio audita Patrum animos admodum perturbavit, sed eos confernatos Sigismundus erexit, omnes exhortatus ad propostis perseverantiam, neu quicquam abscederet, quam Ecclesiæ Pax felicitate inchoata periceretur, se vero pollicitus est inviolabilis constantia sacram Concilium protectum. O laudabilem Principem! quem Deus in his Ecclesiæ angustiis suscitaverat, cuius si defuisset indefesus labor, omnia procul dubio in irrum procoressit. Eodem tempore Joannes Gerson vir eximia pietatis & doctrinae, multum quoque consultus ad animos ergendos. Erat ille in hac Synodo Christianissimi Regis simul & Parisiensis Universitatis Legatus: tunc enim ascensu suggestus luculentum sermonem habuit, qui extat inter ejus impressa opera, quo necessariam cessionis viam duodecim considerationibus pertractavit, & Concilii generalis auctoritate afferuit supra Papam, non utique absolute, sed casualiter, ut ipsa loquitur, scilicet in extremis Ecclesiæ necessitatibus, qualis tunc occurret in dubio de vero Pontifice inter plures contendentes. Tum vero ad Synodum confirmandam & prosequendam articulos quosdam Synodus suo decreto confirmavit. 1. Synodum fuisse & esse rite ac juste apud Constantiam convocatam. 2. Per recessum Joannis ceterorumque quorundam nullatenus esse dissolutam, sed in pristina integritate & auctoritate perdurare. 3. Nec prius esse dissolvendam, quam abolo schismatis, unio & pax universæ Ecclesiæ reddita restituta fuit. Missi sunt ad Joannem aliquot Cardinales alique Prælati, ut ejus mente explorarent, eidemque redditum fuderent, atque enixe rogarent ex parte Concilii. Tunc compertum fuit, Papam Joannem idee recessisse, quia viam sibi factum iri prævidebat a Concilio. Cum enim illud indixisset, ut ex multis dejicitis solus summus ac legitimus Pontifex declararetur, Concilium tamen urgente Sigismundo istud machinari, ut sibi præsenti vis fieret ad abdicandum, cum tamen reliqui contendentes per absentiam ab omni via securi essent. Compertum pariter fuit hanc esse conspirationem adversus factum Concilium, ejusque promotorem Sigismundum, initam inter Joannem Papam, Fridericum Austriacum, & Joannem Burgundie Ducem, hominem profectum natum non solum in Regni Francici, sed etiam in universæ Ecclesiæ pertinientem. Postquam enim per sicarios Ludovicum Aurelianensem Regis fratre in urbe Parisensti proditorie trucidavit, repertus est infamis Doctor Parisensis Joannes Parvus, qui ut gratiam Burgundi demeretur, volumen auras est publice edere, quo Burgundum tanti sceleris auctorem non modo omni culpa purgabat, sed etiam laudibus effebat, quasi rem justissimam & Francia quieti conducibilem executus fuisse, horrendis calumniis innocentem Principem trucidatum lacerans. Adversus hunc librum Joannes Gerson Cancellarius Universitatis Parisiensis alterum